

Das Erste Buch

ures, quod dicemus sperma, eoq; spectatorum facies perun-  
xeris, eorundem animalium conspicias capita, serua.

*Vt adstantes sine capitibus videantur.*

Auripigmentum subtilissimè tritum nova olla ex oleo si-  
nas ebullire, nec ab re fuerit si sulphur immisceas, operculo  
ollæ imposito, ne croceus evolet vapor, id nova incendas lu-  
cerna, & adstantes sine capitibus & manibus videbuntur, ocu-  
los digitis comprimendo, dum candela accenditur, idq; pau-  
lisper videbis ut fieri poterit.

*Vt omnes videantur in forma elephantum & equorum ma-  
gnorum, qui in domo sunt.*

Accipe speciem quæ dicitur Alchachengi, & contere, &  
confice ipsam cum aliquantulo pingvedinis delphini, & fac  
ex eo grana sicut citri. Deinde suffumiga ex eis super ignem  
stercoris vaccæ quæ mulgetur, & non sit in domo locus ex  
quo egreditur fumus nisi porta, & sit larga sub terra deintus.  
Nam omnes qui sunt in mansione videbuntur, quasi ipsi sunt  
homines magni in formis equorum, elephantum.

*Vt homines videantur in quacunq; forma  
volueris.*

Accipe oculos bubonis, oculos piscis qui dicitur libini-  
tis, & oculos piscis qui dicitur affures, & fel luporum. Con-  
trita ergo ea manibus commiscendo: Et pone ea in vase vi-  
treo. Cum ergo vis operari eum, accipe adipem cujuscunq;  
vis bestię, quod fiat hoc in forma ejus, liquefac eam, & per-  
misce cum illa medicina & inunge cum eo licinium quod-  
cunq; vis, deinde accende ipsum in medio ædis: Videbuntur  
enim homines in forma illius bestię, cujus pingvedinem ac-  
cepisti.

*Vt homi-*